

29. Dum id non praecipit jus sed conscientiae Ordinarii relinquit an expediat dispensare: tunc si talis adfit causa ut teneatur dispensare, non admittitur appellatio...

Dicitio, omnino, significat in jure, sine ulla exceptione, sine remedio, & ad unquam, unde excludit omnem gratiam & dispensationem, & ita importat praecisam executionem. l. 1. d. 32. n. 6.

Dicitio quilibet, quicumque, ejus est naturae ut est dicitio alias implicet similes causas & qualitates: ac juncta cum dictione universalis, quilibet, quocumque comprehenditur etiam dissimiles qualitates: nihilominus verba illa generalia ad personas habiles sunt restringenda...

1. Quando lex vel statutum concedens mensam, disponit a quo tempore mensa incipiat, ut a die electionis, vel a die per iudicem designanda; tunc accipitur mensa secundum quod occurrit in Calendario, & quod ex illo mense deficit, accipitur de sequenti & ita habebit mensis ille 30. dies vel 31. ut in Calendario occurrit, dies autem hi computantur de momento ad momentum. l. 2. d. 24. n. 15. & 16.

1. Dispenfatio est juris relaxatio, a potestate relaxandi habente facta. l. 8. d. 1. n. 2.
2. Dispenfatio est adeo stricte interpretanda, ut si aliquid operetur extendenda amplius non fit, quia exorbitat a jure communi. n. 3.

Dicitio, omnino, significat in jure, sine ulla exceptione, sine remedio, & ad unquam, unde excludit omnem gratiam & dispensationem, & ita importat praecisam executionem. l. 1. d. 32. n. 6.

v. Relaxatio.

v. Capitulum. v. Constatutum. v. Constitutio. v. Constitutio. v. Constitutio. v. Constitutio.

30. Quidam docent, inferiores Principe admittentes impedimentum jure communi scienter ad actum ad quem dispensare possunt, illos non censeri dispensare nisi praemissa causae cognitione: alii putant non censeri dispensare quavis causa cognitionem praemittant, nisi se dispensare exprimant; sed probabilius est censeri tunc inferiores dispensare, quoniam causa cognitionem non praemittant, modo pro foro externo probetur aduise legitimum causam, & pro foro conscientiae, qualitercumque de illa constat. n. 15. 16. & 17.

11. In dispensationibus locum non habet argumentum a paritate rationis, vel a majori ad minus, ita ut in iis extensus fiat a casu in quo est par minor ratio ad casum in quo est eadem aut major concessio: ratio: contrarium tamen est satis probabile. n. 31. & 32.
12. Casus in quibus locum habet argumentum a paritate rationis, vel a majori ad minus sunt. 1. in dispensationibus favorabilibus, & quae odiosae non sunt. 2. quando casus in quo dispensatur, rationem expressam concessiois continet. 3. quando id minus est annexum vel inclusum in majori, tanquam pars ejus, vel ab eo inseparabile. 4. si dispensatio a canone, vel lege inducatur. 5. si major & minus sint in eodem genere, a n. 33. usque ad 37.

24. Supremus Princeps, ut Pontifex, vel Rex, scienter admittens ad actum jure humano vetitum, praesumitur animus dispensandi, ac inducitur vera dispensatio quoad solam illum actum, quomvis Princeps causae cognitionem non praemiserit: & hoc verum in foro conscientiae: pro foro tamen externo non praesumitur Principis scientia, utpote, quae quod facti est nisi ab inhabili probetur. n. 2. 3. 7. & 10.

30. Quidam docent, inferiores Principe admittentes impedimentum jure communi scienter ad actum ad quem dispensare possunt, illos non censeri dispensare nisi praemissa causae cognitione: alii putant non censeri dispensare quavis causa cognitionem praemittant, nisi se dispensare exprimant; sed probabilius est censeri tunc inferiores dispensare, quoniam causa cognitionem non praemittant, modo pro foro externo probetur aduise legitimum causam, & pro foro conscientiae, qualitercumque de illa constat. n. 15. 16. & 17.

44. Dispensatio Pontificia in voto solemniter profecto ab- que causa concessa non est valida, ac proinde matri- monium illius est irritum; sed quia valde probabile est impedimentum hoc voti solemniter solo iure humano di- mittere matrimonium, dicendum est secundum hanc opi- nionem dispensationem esse validam, ac proinde matri- monium illius ratum esse. num. 10.

45. Secula reservatio quinquae votorum Pontifici re- servatorum, integram esse Episcopi dispensare in suis diocesis in votis omnibus, sicut Pontifici in toto or- dine. l. 8. d. 9. num. 3.

46. Dispensare potest Episcopus. 1. in voto castitatis temporalis. 2. in voto castitatis conjugaliter servando. 3. in voto non petendi debitum nec reddendi nec forni- candi. 4. in voto virginitaliter servanda quando vovens tantum ad corporis integritatem servandam se obligavit. 5. in voto non inveniendi matrimonii, nisi in favorem ter- tii id petentis sit emissum. 6. in voto assumendi ordinis sacri. 7. in voto disjunctivo, cuius altera pars est reserva- ta, altera autem non. 8. in voto assumendi habitus be- ginarum. 9. in voto ingrediendi religionis, contra exceptio D. Joannis. 10. in voto strictioris religionis, contra Navarram. 11. in voto perseverandi ut possit novitius in- tra annum novitatus exire. 12. in differenda voti religio- nis executione. 13. quando votum castitatis & religionis commutatur a Pontifice in materiam non reservatam potest in ea Episcopus dispensare, etsi quidam negent, a. n. 6. ad 22.

47. Reservatio dispensationis votorum est restringenda tanquam odiosa, & juri Episcoporum derogans. num. 5.

48. Licet Episcopo dispensare in quinquae votis Papae reservatis scilicet, castitatis perpetuae, religionis approbate, peregrinationis ad limina Apostolorum Petri & Pauli, ad Sanctum Jacobum, & ad terram Sanctam: quando mag- nam incontinentiam periculum imminet, nec facilis aditus ad Pontificem, vel Nuncium patet pro paupertate, vel alia de causa: haec tamen dispensatio Episcopi tantum deservit illi usui, ad quem necessitas cogit. n. 22. ad 26.

49. Rodriques putat quando vota non reservantur Pon- tifici occurrere necessitate nec commode possit Episco- pus adiri, postea parochos dispensare ex praesumpta Pon- tificis voluntate; sed hanc sententiam nullatenus approbat Author, quia nullus in votis dispensare potest jurisdictione Episcopali carens, nisi ex privilegio, vel consuetudine id jus habeat. n. 27.

50. Dispensare potest Episcopus in voto poenali casti- tatis, & religionis ceterisque reservatis, ante & post im- pletam conditionem, sive poena nondum incurra sit, sive jam sit incurra: quamvis contrarium sit satis probabile. l. 8. d. 10. n. 6, 7, & 8.

51. Non poterit Episcopus in his votis dispensare ab- solute emissis, quamvis ea vovens eligat in poenam & supplicium peccati admitti, vel ad evitanda infamiam & dedecus. Quia haec vota absoluta sunt ex nullo even- tu futuro pendencia. num. 9.

52. Quidam sustinent non posse Episcopum in voto condi- tionali castitatis, religionis &c. dispensare nec ante nec post completam conditionem: alii docent posse ante completam conditionem, secus post impletam, sed verius est posse ante & post: modo conditio sit de futuro nec tacite infusa, quia revera suspendit consensum ne votum absolute infusa sit, a. n. 11. ad 15.

53. Quando alter conjux absolute vovit continentiam abique alterius licentia; quidam censent non posse Episco- pum dispensare nisi in casu urgentis necessitatis: probabili- tamen esse posse; casu quo id votum emissum sit post matrimonium consummatum. l. 8. d. 11. n. 2, 3, & 4.

54. Quando votum cum licentia alterius conjugis factum est ante matrimonium consummatum animo ingrediendi reli- gionem, nequit Episcopus dispensare etiam ad peten- dum debitum: si autem factum est, post matrimonium consummatum, & animo ingrediendi religionem, vo- lente altero efficere iure requisita, ut hic vovens tran- seat ad religionem, non poterit Episcopus dispensare etiam ad petendum debitum. n. 5.

55. Quando uterque conjux communi consensu continen- tiam vovit per modum contractus, ac reciproca con- ventionis non poterit Episcopus dispensare cum his ut ma- trimonio utantur, sive petendo sive reddendo debitum, nisi quando esset incontinentiam periculum in alterutro, nec commode Pontifex adiri posset pro paupertate, aut alia ratione; quibusdam tamen neotericis placet posse Episcopum dispensare ad petendum debitum. n. 8. 9. & 10.

56. Quando conjuges, qui per modum contractus vove- runt continentiam, remittit sibi ipsi renunciationem illam juris petendi, & reddendi quam vovendo fecerunt, iterum conferendo sibi mutua corporum pote- statem, poterit tunc Episcopus dispensare ad petendum debitum, ratione illius periculi, quod gravissimum im- minet. num. 15.

57. Existimant quidam non posse Episcopum dispen- sare extra casum necessitatis urgentis cum conjuge, qui voto castitatis strictius matrimonium iniri ad petendum debitum; at multo probabilis est semper Episcopum posse. l. 8. d. 12. n. 2, & 4.

58. Facultas Episcopi ad dispensandum in petitione debiti cum eo qui post votum castitatis contraxit ma- trimonium, proceditur, etiam si matrimonium nondum sit consummatum. n. 6.

59. Dispensatio Episcopi in voto castitatis cum eo qui post illud matrimonium contraxit tantum se extendit ad petendum debitum, unde hic fornicando, vel ad aliud matrimonium transendo post illud dissolutum sacrilegus erit. numer. 9.

60. Quibusdam placet dispensationem cum conjuge, cui debiti petitio est interdicta ratione affinitalis con- tractae cum altero conjuge, solius esse Pontificis: at tanquam multo probabilis est tenendum posse semper Episcopum in hoc dispensare ratione consuetudinis jam praescriptae: & hoc verum quamvis ad quoscumque potentes dispensare, sit facillimus aditus. n. 10. 13. & 14.

61. Item potest Episcopus dispensare cum conjuge ad petendum debitum, qui cum suo conjuge contraxit cog- nationem spiritualem. n. 15.

62. Quando jurameata castitatis, & religionis sunt poenalia, vel conditionalia, idem prorsus sentiendum est de illis quoad dispensationem, quod de votis similibus est dictum casu. 52. l. 8. d. 13. n. 1.

63. Quoties in juramentis castitatis, vel religionis, factus DEO continetur promissio, ac subinde votum; Pontifici reservatur illorum dispensatio; si vero, quod raro accidit id juramentum non includat in se votum, in eo poterit Episcopus dispensare. n. 2. ad 7.

64. Quando Episcopus potest iure ordinario in aliqua re dispensare ut in voto poenali castitatis, vel non nu- bendi quamvis obteuta sit a Pontifice commissio facta Ordinario, vel Confessori, ut dispense, potest vovens ei renunciare, & adire Episcopum, ut potestate sua Ordinario dispense. l. 8. d. 14. n. 3.

65. Si jam virtute eius commissionis, Ordinarium, vel Confessarium in eo voto dispensaverit, partim commu- tando juxta Pontificis praescriptum, posset vovens ad Ordinario petere ut in hac commutatione dispense. n. 4.

66. Quando Pontifex de casu aliquo consultius dene- gavit dispensationem, iudicans non adesse causam, nisi nova causa proponatur, non potest Episcopus dispen- sare. numer. 5.

67. Quando Episcopus dispensat ex commissione ex- pressa annexa perpetuo dignitati, ut contingit in ca- sibus Trid. non adtingitur ad dispensandum ex solis cau- sis, ex quibus solet Pontifex dispensare: idem dicen- dum quando ex commissione speciali Pontificia dispen- sare. n. 6.

68. Si quisquam dispensationem petit ab Episcopo in casu in quo poterat, vel a religio virtute privilegio- rum, vel commutationem virtute bullae, qui voluere, sed remiserunt illum ad Pontificem, postquam hic se praesentavit Pontifici petens ab eo dispensationem, pos- sunt sicut prius poterant Episcopus, religiosi, vel Con- fessor, cum hoc dispensare, quamvis jam Pontifex com- mississet alii dispensationem faciendam. n. 8.

69. Dispensatio cuiuscumque etiam Pontificis in iure divino naturalis, ut in voto, vel juramento concessa abique causa, est irrita; sicut est irrita omnino dispen- satio inferioris in lege superioris abique causa legitima, nisi in potestate dispensandi exprimerent nomina eor- um, cum quibus est dispensandum nulla cognationis causa dispensandi mentione facta. l. 8. d. 17. n. 2, 3, & 6.

70. Ad valorem dispensationis sufficit ut Praelatus pru- denter, ac bona fide iudicet causam esse iustam, licet a parte rei vero non sit causa iustitiae. n. 8.

71. Dispensatio facta ab inferiori in lege superioris, non praecognita causa, quando revera erat causa legitima secundum Navarram, & alios est invalida: at probabilis est hujusmodi dispensationem validam esse in foro conscientiae, donec in foro exteriori revocetur: non peccabit tamen dispensans, causae examina- tionem non praesertendo, quando causa notoria est. num. 10. 11. & 12.

72. Dispensatio supremi Principis, imo & illo inferio- rum in lege propria concessa abique legitima causa, abique dubio valida est: sive dispensans peccet, sive non: quamvis nonnullis placeat dispensationem irritam esse, a. n. 23. ad 27.

73. Si constitutio Episcopi transferit in contractum, in commodum alterius, vel sit auctoritate pontificia confirmata, vel iurjurando illam firmaverit, secundum aliquos nequit in ea dispensare. n. 29. 30. & 31.

74. Dispensatio Episcopi, aut Archiepiscopi in sua dip- taceanae synodi constitutionibus abique causa facta, va- lida est; licet quidam non improbabiler teneantur Episcopum legibus his obligari quoad vim coercivam im- mitti aliorum subditorum. n. 32. & 33.

75. Quidam censent supremum Principem posse in pro- priis legibus ad libitum dispensare, & solum suam vo- luntatem esse sufficientem dispensandi rationem; at di- cendum est quicumque legis latorem rem esse cau- sa venialis, dispensando cum aliquibus abique cau-

sa legitima; intellige, modo desit scandalum, aut no- tabile aliorum damnum, tunc enim esset mortale. Cajet. tamen & quidam alii docent ex genere suo esse mor- tale, quod res maximi momenti sit, violatio haec aequa- litas inter subditos servanda. l. 8. d. 18. a. n. 1. ad 7.

76. Quando dispensans peccat mortaliter, vel venia- liter, petens quoque dispensationem ejusdem generis culpa reus erit, cum causam iustum defecere norit: si tamen petens bona fide causas proponat quibus dicitur non pec- cabit quamvis minus iuste sint. n. 8. & 9.

77. Utens dispensatione concessa abique legitima cau- sa peccat venialiter, si scandalum, & damnorum aliorum notabile cessent: unde is cum quo sine iusta causa dispen- tatum est in lege, tenetur iure naturae non obstanti dispensatione exequi quod lex jubet, & hoc sub culpa veniali, a. n. 10. ad 15.

78. Litterae ad beneficium possunt abique mandato speciali, vel generali ejus cui beneficium impetratur, impetrari, non vero ad lites, ad acceptandum tamen be- neficium alteri impetratum desiderari speciale manda- tum ejus cui acquiritur. l. 8. d. 26. n. 1. & 2.

79. Ad dispensationes, & quaevis alia privilegia im- petrandae, nec speciale, nec generale mandatum deside- ratur, sed possunt valide impetrari eo cui impetrantur ignorant; sentiant tamen quidam speciale mandatum desiderari. Non prodest autem dispensatio impetrata igno- ranti, donec ab ipso, vel ab alio habente speciale eius mandatum, acceptetur. num. 5.

80. Quando impedimentum necessario afficit utrum- que, ut est consanguinitas, vel affinitas, quae alterum solum afficere nequit, satis est dispensationem ab altero obtineri, vel acceptari, ut proficit etiam alteri igno- ranti: si tamen impedimentum esset alterius tantum, vel ita commane ut sit prorsus in utroque diversum: necesse est ut ille qui impedimento affectus est, & si uterque sit ut uterque illam acceptet, quamvis abique eius mandato possit impetrari. n. 6. & 7.

81. Quando dispensatio est absoluta, & totalis vo- to castitatis, religionis, aut non nubendi, probabilis est licere toties, quoties inire matrimonium, & sic non extingui prima vice; limita, nisi causa dispensationis omnino cessarit, vel potestas dispensantis limitata sit, tunc enim non licebit ad alias nuptias transire, sed red- dit prioris voti obligatio. l. 8. d. 31. n. 8. 9. & 10.

82. Quando dispensatio esset partialis quoad actum, ut in voto castitatis, aut religionis ad contrahendum matrimonium non caret magna probabilitate asserere eam dispensationem 1. actu extingui: at probabilis est non extingui, sed licere ad alia matrimonia transire, permanenti eadem dispensationis causa. n. 11.

83. Ut dispensatio ad matrimonium contrahendum ab- solute concessa, in voto castitatis solemniter extendatur ultra primam vicem, perpendendum est quando aliud non exprimitur in ea, ex causa ob quam conceditur. n. 12.

84. Quando dispensatio in votis castitatis religionis li- mitatur, quoad personam cum qua inendum est ma- trimonium, perpendendum est ex causa dispensationis al- legata, a mens sit dispensantis, limitare quoad illam personam: si enim ea causa nullatenus concernat personam illam sed omnino se teneat ex parte ejus cum quo dis- pensatur, ea dispensatio censetur absoluta ad mat- rimonium, secus si causa teneat se ex parte personae illius cum qua est matrimonium contrahendum, vel ob aliquam specialem causam, velle et dispensans gratificari: tunc ad id solum matrimonium ea dispensatio extendetur. n. 13.

85. Si duo voto castitatis astricti dispensationem ad mutuo contrahendum impetrent, allegata causa cuius- vis illorum independentem ab altero, possunt virtute illius utervis illorum cum quavis alia persona non impedi- tura contrahere, & durante causa, si dispensatio non sit expressae ad unicum matrimonium possunt eo soluto ad aliud transire. n. 14.

86. Dispensatio ita extenditur, ut proficiat etiam extra dispensantis territorium, quando impedimentum confur- git ex parte personae cum qua dispensatur; secus est quando ex parte rei ipsius in qua dispensandum est, impedimentum provenit. n. 17.

87. Quamdiu superior non acceptavit privilegii, vel dispensationis renunciationem, sed in eadem voluntate persistit, quod praesumitur, potest ille cui conceditur non obstante, quod impetrationi contradixerit, vel post consecrationem impetraverit, uti mutata voluntate, ea dispensatione, vel privilegio: limita nisi dispensatio es- set circa votum, vel juramentum. l. 8. d. 32. n. 2. & 3.

88. Superior a quo haec gratia promanat, potest lo- lusane renunciationem acceptare, quia valor eius gra- tiae ab illius voluntate pendet. n. 4.

89. Non destituitur dispensatio viribus etsi si cui con- ceditur, litteras cancellet, concidat. n. 5.

90. Quando dispensatio obteata est, ut inter duos con- sanguineos matrimonium inearit, & alter, vel uterque alii nuptias copulatur; possunt hi vidui effecti jungi inter se matrimonio virtute prioris dispensationis. n. 6.

91. Quando privilegium vel dispensatio est omnino gratis a Principe concessum, potest abique causa ab eo easive successore revocari; nisi per privilegium illud sit requisitum aliquid de iure gentium, nempe dominium alicujus rei. l. 8. d. 33. n. 1. & 2.

92. Quando superior dispensat in lege sua cum aliquo nulla compositione facta, sed omnino gratis, potest dis- pensationem valide revocare abique aliqua causa quam- vis non licite. num. 11.

93. Dispensatio in lege superioris facta per inferiorem calu quo potest, non potest ab ipso inferiori abique le- gitima causa revocari: potest tamen cum causa, n. 12.

94. Dispensationes in foro externo a Pontifice conce- sse non possunt ad libitum ad revocari, sed ex cau- sa iusta, & tunc restituta compositione soluta per cum cum quo dispensatum est. n. 13.

95. Dispensationes fori conscientiae a sacra poeniten- tiaria concessae, non possunt ab ipsa abique causa revo- cari, possent tamen ea existenti. n. 14.

96. Considerando quae in aliquibus diocesisbus inolevit accipiendi scuti aurei, alteriusque quantitates pro labore quem officialis dioecelanus subdit in testium informatione recipienda, ad verificanda narrata in precibus, & in dispen- satione pontificia expedienda, licita est, quia est laboris impensis stipendium, non munus. l. 8. d. 35. num. 10.

97. Judici delegato ad lites interdictur omne stipen- dium a partibus recipiendum, sed permissit rescuendo- rum, & poculentorum gratis oblatorum receptio, quae paucis diebus consumi possunt: delegato autem ad exe- quendam dispensationem permissit stipendii debiti, & denegatur esculentorum receptio. n. 12.

98. Quamvis iudex ad lites delegatus teneatur mune- ra recepta contra prohibitionem restituere: at officialis has dispensationes expediens, non tenetur munera spon- te oblata restituere. Ibidem.

99. Dispensationem impetrate tenetur is, cujus culpa contrahitur impedimentum dirimens, ut sponsalia persolvat, casu quo vir feminam deseravit, vel ea notabilem famae iacturam patitur, ni ducatur in uxorem. l. 1. d. 56. n. 4.

100. Dispensationis spe carere debent, qui matrimo- nium invalidum scienter contraxerunt cum impedimentis dirimentibus ex Concilio Tridentino, l. 3. d. 42. num. 7.

101. Per dispensationem nullum jus acquiritur, nec in re, nec ad rem, sed tantum amovetur impedimen- tum, quod incapax & inhabilem quempiam reddebat, & manet subinde capax, & habilis. l. 7. d. 42. n. 7.

Diffusio.

1. Diffusio, est humor quidam medius inter uri- nam, & semen, qui ex membro pudendo procedit; & qui femini est similis in colore, & infectione, carnif- que commotione, quae aliquando ipsum committitur; dissimilis autem eo, quod non sit ita mordax, ac gros- sus, facilliusque fluat, nec cum tanta carnis commotio- ne, & in minori copia; aliquando imperceptibilis, & sine carnis motu: vocatur a D. Thoma fluxus libidinis: Cajet. & Margarita dicunt non esse magis curandus de hac diffusione, nisi ipsam carnis rebellionem comitaretur, quam de sudore. l. 9. d. 45. n. 2.

2. Quoties est peccatum mortale datur causam pollutio- ni praevisae, non removendo causas notabiliter influen- tes: similiter est mortale inter solutos, datur causam no- tabili diffusio, aut commotioni spirituum vitalium serventium generationi per similes causas, quia haec dis- diffusio, & commotio spirituum est notabiliter turpis, & quasi inchoata pollutio. n. 31.

3. Procurare notabilem spirituum vitalium deservien- tium generationi, & seminis effusioni commotionem, per media alias licita credit Author esse mortale, quia talis alteratio, & commotio est inchoata quaedam pol- lutio, & ad pollutionis consummationem essentialiter ordinatur: idem dicendum de procuracione notabilis dis- diffusio, quia talis diffusio notabilis, est per se conjuncta cum notabili spirituum vitalium commotione. l. 9. d. 17. n. 17.

Divortium.

1. Divortium dicitur, vel a diversitate mentium, vel quia in diversas partes eunt qui matrimonium dis- strahunt: dupliciter usurpatur. 1. ut importat dissolutionem matrimonii quoad thorum & habitationem. 2. ut importat dissolutionem etiam quoad vinculum. l. 10. d. 1. n. 1.

2. Quorumdam sententia est divortium seu repudium quo matrimonii vinculum dissolvitur, haec enim olim fuisse permissum non tanquam licitum, sed tanquam minus malum ad vitanda majora, sed probabilis est illis fuisse licitum Deo dispensante in lege naturali, cui tit. repudium adverbatur. n. 5. & 7.

3. Repudium inter gentiles nullo modo fuit licitum, nec potuit dissolvere matrimonium, eo quod iuri naturae adversetur, etsi contrarium sentiat Abulensis. n. 8.

4. Post legem Evangelicam, nec ipsis iudeis; nec aliis infidelibus permissum est repudium: nec per illud diri-

v. d. 19. n. 1. v. d. 19. n. 1. v. d. 19. n. 1. v. d. 19. n. 1.

dirimitur matrimonium, & repudiante uxorem rei sunt culpae mortales, nisi ignorantia iuvinibilis excuset. num. 9. & 10.

5. Infideles ad christianismum conversi, si tempore infidelitatis legitimas uxores repudiaverant, cogendi sunt ad illas redire, quamvis iam aliud inierint matrimonium, nisi casus accidat in quo per conversionem alterius dirimitur matrimonium infidelitatis tempore contractum. num. 11.

6. Veritas Catholica est, nequaquam dissolvi matrimonii vinculum ob adulterium, atque ita neutri conjugii licere alio superstitite ad alias nuptias transire: quod si transeat matrimonium est irritum: contra sententiam haeretici nostri temporis. l. 10. d. 2. n. 1. & 2.

7. Adulterium uxoris est causa sufficiens, ut vir ab ea divertere possit quoad thorum, & habitationem, & est fide. l. 10. d. 3. nam. 2.

8. Ex natura contractus ipsius matrimonii proficiatur ut liceat divortium ratione adulteri; atque ita est de iure naturae: hinc ob adulterium commissum tempore infidelitatis potest celebrari divortium, eo quod infideles legi naturali subiciantur. n. 4. & 5.

9. Coniuges sunt pares in divortio causa adulteri celebrando, ac proinde licet vir innocens potest ab uxore adultera divertere, ita contra uxorem innocens a viro adultero contra Caetanum, nec desideratur monitio, sed ante omnem monitionem, eo ipso quod adulteri reus est vir, potest uxor ad divortium procedere. n. 6. & 8.

10. Sola fornicandi voluntas non sufficit ad divortium, quia caro conjugis non dividitur, dum intra desiderii terminos sit. l. 10. d. 4. n. 1.

11. Opinantur aliqui sodomiam non sufficere ad divortium; sed sufficere tenendum est, sive activa sit, sive passiva, quia caro conjugis patientis perfecte dividitur in illam agentis. n. 2. 3. & 4.

12. Sodomiam inter duas feminas commissam, sufficiens causa divortii est, quando medio aliquo instrumento lingueo, aut serreo, aut ex quocunque alia materia confecto, vel ab ipso semine immittetur in vas naturale, aut praeposterum feminae. n. 5.

13. Non est causa perpetui divortii sed ad tempus quando vir propriam uxorem tentaret sodomitice cognoscere, & corrigi nolit. Ibidem.

14. Peccatum extra pudoris claustra pollutum, quidam putant causam iustam esse divortii, eo quod sit peccatum contra naturam, sed verus est non esse, nisi ad tempus dum vir non respicit, quia ratio & fundamentum divortii est carnis divisio in plures. n. 6.

15. Vir committens sodomiam completam cum uxore invita, non est iusta causa divortii, contra D. Antonium nisi ad tempus, dum vir desistere a scelere illo renuit. num. 7.

16. Pollutio extraordinaria habita cum tertia alia persona non satis est ad divortium, & si quidam affirmant: nec est causa divortii immisitio feminis in aros, aut aures masculi, vel feminae, quia non est copula consummata, nec sodomitica. n. 9.

17. Docent quidam generaliter omne peccatum contra naturam in genere luxuriae, sufficere ad divortium, sed oppositum est verius, nempe desiderari ut caro dividatur in aliam. n. 10.

18. Amplexus, & oscula libidinosa, tactus ad mammillas, quantumvis libidinosi, ac animo perveniendi ad adulterium habiti eo non securo, nec divortio, nec dotis amissioni iustam praebent causam. n. 11. & 12.

19. Copula sive sodomitica, sive naturalis penetrando vas, femine tamen minime intra illud emisso, non est iusta divortii causa, si tamen semen intra vas naturale, vel praeposterum immittetur absque eius penetratione, effect causa iusta divortii. n. 13.

20. Si vir in balneo existens semen voluntarie expellat, & matrix alicuius feminae illud ingredientis illud attrahat, non est causa divortii, quia fuit praeter intentionem viri, atque ita ex intentione non fuit perfectus concubitus. n. 14.

21. Casus, in quo non licet divortium celebrare propter conjugis adulterium sunt. 1. quando alter conjugis est eiusdem criminis particeps, aut pariter adulterans, aut adulterio eius consentiens praebens. 2. quando culpa vacat adulterium, ac proinde non est formaliter adulterium, sed tantum materialiter. 3. quando conjugis in iura ob adulterium affectus, illum condonat. l. 10. d. 5. nam. 1. in hac disputatione plurimi casus ex his tribus elucidantur.

22. Si reconciliationem facta conjugis reconciliatus in adulterium relabatur, potest non obstanti priori illa reconciliatione de novo eo adulterio aculari, & ratione illius celebrari divortium. n. 20.

23. Quando contingit ante latam divortii sententiam utramque conjugum adulterari, neutri licet ab alio divertere, sed mutua compensatione ambo adulteria abolerentur. l. 10. d. 6. n. 1.

v. Sessia. li. 1.

24. Duo ad hanc compensationem desiderantur, ut utrumque adulterium sit liquidum, consetque alteri conjugi: si enim unus adulterium sit liquidum, alterius vero dubium, non licet illi cupis adulterium esse certum, dubitatque de sui conjugis adulterio, compensatione uti.

25. Aliqui existimant ad iustam delicti compensationem in hoc casu faciendam non esse opus ut eadem fornicationis specie uterque conjugis sit infectus, sed satis esse ut sit eodem fornicationis genere, dummodo is qui compensare, eaque compensationis mutui delicti exceptione se tueri vult, sit levioris fornicationis speciei reus, ut adulter potest se tueri contra sodomitam divortium petentem: ceterum contraria sententia Auctori placet, ut ex utraque parte detur compensatio, ac subinde neutri conjugi liceat divortium celebrare. n. 4. & 5.

26. Ad hanc mutuum delictorum compensationem faciendam, nisi referat uter conjugum prius sit lapsus in adulterium. n. 6.

27. Coniugi posterus adulteranti, minime competit exceptio adulteri quod condonavit, nec datur compensatio, sed potest prius conjugis celebrare divortium; quia remittentibus adiones suas, non est dandus regressus. n. 7.

28. Non obstat compensationi adulteri mutui, si alter conjugis plurima adultera, alter vero unum solum admittit, quia cum uterque fuerit fidei, delicta censentur paria. num. 8.

29. Quamvis adulterium alterius conjugis sit occultum, solum DEO cogitatum, alterius vero publicum nequit adulter occultus divortium petere, sed tenetur compensare adultera; nam in foro conscientiae occulto non desideratur probatio per testes, sed sola veritatis cognitio. num. 9.

30. Si inter utrumque conjugum conventum sit, cum consensu uxoris ut vir non accuset uxorem adulteram ad poenam capitalem ipsi indulgendam, ea lege ut uxor in locum aliquem honestum se recipiat ubi separata ab ipso viro vitam transigat, in hoc casu unico licet adultero viro uxorem aequae adulteram dimittere. n. 10.

31. Exceptio adulteri, quando de illo agitur civiliter, ut quoad divortium, vel dotis amissionem, est peremptoria atque ita opponi potest ante, & post litem contestatam, & quocumque tempore usque ad sententiam. n. 12.

32. Si ambo conjuges in adulterium lapsi ad priusnam redierint amicitiam, eaque reconciliatione facta alteruter relabatur in adulterium, potest alter ratione huius novi adulteri ab eo divertere. l. 10. d. 7. n. 1.

33. Quando uterque conjugis est adulter, & alter corrigatur altero in fornicatione persistente, potest conjugis emendatus, si adnotius alter conjugis in adulterio persistat divortium celebrare, quia monitio illa interpellatio vim habet reconciliationis. n. 4.

34. Solum iudex Ecclesiasticus est competens ad cognoscendum de adulterio, ut ratione illius divortium celebraretur: at quoties agitur de adulterio ad poenam sanguinis imponendam, solum iudex secularis est competens. l. 10. d. 8. n. 15. & 16.

35. Divortii sententia non transit in rem iudicatam in his quae sunt in adulteri conjugis favore, bene tamen in his quae in eius odium & innocentis favore cedunt, ac proinde minime audiendus est adulter transacto appellandi termino, volens allegare iniustitiam sententiae reconciliationemque petens: ac innocens semper audiendus est agens de reconciliatione adulteri; nec adulter suffragatur exceptio rei iudicatae: nonnulli tamen sententiam absolute transire in rem iudicatam. l. 10. d. 9. num. 3. & 4.

36. Si in sententia divortii Ecclesia inveniat se deceptam ut quia inventum est conjugem condemnatum fuisse innocentem vel utrumque pariter nocentem, si neuter conjugis statum mutavit nec castitatem voverit, retractanda est sententia, conjugesque reconciliandi. num. 6.

37. Alter conjugis in cuius favorem lata est divortii sententia, ubi veritatis innocentie alterius conjugis concitius fuerit, tenetur in foro conscientiae ad suum confortium conjugale illum revocare. n. 8.

38. Quando conjugis innocens mutavit statum factus professus in religione approbata, aut sacro ordine initiatur, vel etiam simpliciter castitatis voto astrictus sit, cognita falsitate sententiae est restituendus alteri conjugi, cui debuit reddere tenetur, sed non potest ab eo exigere: ad hanc autem restitutionem faciendam desideratur ut alter conjugis repetat, est contrarium aliqui teneant. n. 9. & 10.

39. Quando uterque conjugis statum mutavit, dicunt aliqui licere et qui ideo mutavit: quod existimavit divortium iuste celebratum alias minime mutaturus, repeteret alium qui iam professus erat: aut sacro ordine initiatus: sed dicendum est professionem cui causa falsa aniam dedit esse irritam. n. 11. & 12.

40. Quando fornicatur conjugis qui erat innocens, & nondum lata est divortii sententia, tenetur conjugem

gem adulterum dimissum sibi reconciliare, imo & iam divortii sententia lata potest conjugis dimissus acculare ad matrimonium instaurandum alterum conjugem de adulterio ante sententiam ab eo commissio. n. 24. & 25.

41. Quidam probabiliter docent compenari mutuo delicta, si lata sententia divortii contingat innocentem labi in adulterium, ac proinde compellendum esse ad conjugem adulteri causa dimissum redire; sed probabilius est, nullam actionem acquiri conjugis adultero, ut repetat innocentem in adulterium lapsum post sententiam, integrum tamen esse iudici ut eos conciliet ex officio suo illos cogens, quo fornicationis periculo consulatur: intellige, quando sententia illa divortii transit in rem iudicatam eo quod decennium appellacionis concessum sit transactum, vel fuerit tres sententiae, a n. 27. ad 30.

42. Affirmant aliqui virum fornicantem post divortii sententiam quae transit in rem iudicatam, in foro conscientiae teneri admittere uxorem ob adulterium a se delictam; sed verus est non teneri, donec per Ecclesiam compellatur. num. 32.

43. Coniux post sententiam divortii fornicans, non tenetur crimen fateri coram iudice interrogante, nisi iudicis, aut simplena probatione praecedenti; quod si iudice interrogatus neget, vel falsis testibus se defendat, atque ita non cogatur ad confortium conjugale redire, non tenetur item in foro conscientiae, quia est poena. num. 33.

44. Quando conjugis ob alterius adulterium, factus religiosus professus, vel sacro ordine initiatus, fornicatur minime potest a monasterio extrahi propter fornicationem, quia ius acquiritur monasterio non perditur ob monachi delictum. n. 34. & hoc verum quamvis praecesserit sententia divortii, si ve non.

45. Quando divortium sententia Ecclesiae praecedenti, celebratum est, & vir tunc fornicatur nondum mutato statu, & postea mutat statum professus in religione vel in sacris ordinibus constituitur, dicendum est retenta opinione probabiliori nostra, iudicem nullo modo posse eum ad confortium conjugale revocare, eo quod uxor omni iure, & actione destituta sit. n. 35.

46. Innocens qui post divortii sententiam adulterium commisit, adhuc habet actionem, & ius ad reconciliandam sibi adulterum, illeque tenetur volenti illo innocenti ad usum matrimonii redire; quidam dicunt posse utramvis alterum repeteri, & teneri alterum redire. num. 36.

47. Tunc licet conjugis innocenti ad religionem transire adulter invitato; ita ut non possit repeteri, vel ordinibus sacris initiari quando vel praecessit sententia divortii, vel ea non expectata adulterium ita notorium est, ut possit innocens propria auctoritate deserere confortium, & habitationem adulteri absque metu restitutionis. l. 10. d. 11. n. 10.

48. In foro conscientiae, ut licet transitus conjugis innocens ad professionem, ordines, & valida sit omnino professio, & votum, satis est occultum conjugis delinquentis adulterium: tamen ex alio capite potest esse culpabilis hic transire, ut ratione scandalum, aut detrimenti religionis aut ordinis sacri. n. 11. & 12.

49. Non licet conjugato adultero qui iam emendatus petit ab uxore similiter adultera reconciliationem, quam illa denegavit, & mox in adulterium relapsa est; iam religionem transire nondum obventa divortii sententia. n. 33.

50. Si innocens conjugis taceat se conjugatum esse, & sic admittatur ad professionem religionis, talis professio est valida, nisi esset aliquod statutum in ea religione non solum prohibens, sed irritans conjugati professionem. n. 14.

51. Quoties licet viro ad religionem transire, uxore adultera in saeculo manente ac tenente; licet similiter (contra aliquos qui id negant) sacris ordinibus initiari; nisi aliunde obstaculum adit, ut quia vir esset bigamus, aut irregularis. n. 15. & 16.

52. Lite divortii pendente minime tenetur conjugis innocens certus de alterius adulterio reddere debitum: si tamen non omnino certus esset, reddere teneretur. l. 10. disp. 12. num. 7.

53. Quando adulterium est occultum, non permittitur in foro externo ut innocens propria auctoritate, non expectata Ecclesiae sententia, diverat ad habitationem; unde si adulter conjugis petit restitutionem ad habitationem, quia ipsolatus est, restituatur, nec admittetur exceptio innocens apponens adulterium alterius: quia restitutione facta agitur de illa exceptione, & probato adulterio divortium celebratur, quod si in probatione deseruerit, innocens coegetur in matrimonio perseverare. n. 14. intellige quando ipsolatus agit iudicio possessorio; allegans scilicet ipsolum, & petens se restitutum: si enim agat petitorio non statim restituatur, sed audietur exceptio. num. 18.

54. Quando vir uxorem spoliat, eam domo expellendo absque iusta causa; repetens iam uxorem, si ipsa redire renuat, est restituendus, quamvis oppositum teneat Divus Thomas. n. 17.

Thom. Sanchez de Matrim. Tom. III.

55. Spoliatus adulteri occultum reum, exceptionem rei iudicatae allegat, impediatur restituitio; sententia enim notorium facit. n. 20.

56. Ut possit conjugis adulter expelli ab habitatione, propria auctoritate, non expectata Ecclesiae sententia, ita ut in foro externo non competat adultero beneficium restitutionis, desideratur adulterium ita notorium esse, ut nulla proliis tergiverfatione celari possit: hoc autem notorium satis est, si sit tale iudici vel aliis, dummodo probationes sint in promptu, secus si terminus prolixus petatur, n. 25. & 27.

57. Si conjugis expulsus ob adulterium ita notorium ut oculis pateat, petit restitutionem allegans adulterium expellentis, ac proinde compensationem faciendam esse, non erit statim restituendus, nisi fuerit simili modo notorium adulterium expellentis, sed audietur probationes, & si id probaverit restituatur. n. 28.

58. Coniux adulteri sui conjugis concitius, potest in foro conscientiae seculo scandalo, ab ejus habitatione divertere; quamvis adulterium sit occultum, nec ad id aliqua iudicis sententia desideratur: imo Ecclesiae compellentis, ut innocens admittat ad habitationem conjugem adulterum occultum donec lis decidatur, non tenetur hic, nisi ratione scandalum parere. n. 31. & 34.

59. Coniux adulter occultus expulsus qui novit impedimentum esse certum de adulterio, non potest in foro conscientiae petere restitutionem ad cohabitandum: secus si ignoret, num conjugis innocens sui adulteri certus sit. n. 35.

60. Factum Divi Joseph qui voluit a Beara Virginis confortio recedere ob suspitionem adulteri occultum, excusatur a culpa, eo quod erat occulta dimissio, & absque scandalo, quae licita est in foro conscientiae. n. 36.

61. Quando conjugis constat matrimonium fuisse invalidum, ob aliquod impedimentum dirimens, licet sit recessus propria auctoritate, si absque scandalo id effici possit, ut in longinqua fuggendo; ac in foro externo concedetur restituitio, quamvis impedimentum sit notorium. num. 37.

62. Vir innocens minime tenetur uxorem adulteram ad suam pristinam amicitiam revocare; tamen fas est illi adulteram respicientem sibi reconciliare. l. 10. d. 13. num. 1. & 3.

63. Nullum extat praecceptum divertendi ab uxore adultera pertinaci, & quantumcumque publica, si sola adulterij ratio attendatur; ex duplici tamen capite potest ortum habere obligatio viri dimittendae uxoris adultera; aut ex praeccepto scandalum vitandi, aut ex praeccepto correctionis fraternae. n. 5. & 6.

64. Vir non tenetur ab uxore adultera divertere, eive debitum negare ratione praeccepti correctionis fraternae. num. 7.

65. Obligatio dimittendae uxoris persistentis in adulterio, nascitur ex praeccepto vitandi scandalum, ne vir consentiar connivens, & patrocinaus uxoris adulterio. n. 10.

66. Haec obligatio dimittendae uxoris in publico adulterio persistentis, quando alius mediis non satis consulitur scandalo cavendo, ac suspicioni consentius viri in adulterium, est sub mortali, si non urgeat ad eam retinendam aliqua iusta causa praeponderans. n. 19.

67. Ab hac obligatione dimittendi uxorem adulteram excusatur vir. 1. ratione timoris periculi proprii spiritualis, v. g. si vir carnis stimulis impetitus timoret sibi lapsum. 2. si vir morbo, aut inopia laboret, & opera uxoris indigeat. 3. ratione damni spiritualis ipsius uxoris, ut si probabile sit fore ut ipsa efficiatur deterior. 4. excusatur gratia se, vel illum non infamandi. 5. si probabilis sit spes emendae, a numer. 20. usque ad 25.

68. Arbitrantur quidam uxorem innocentem teneri similiter divertere a viro in adulterio persistenti; sed dicendum est regulariter, imo nunquam uxorem astringi hoc praeccepto dimittendi viri adulteri pertinacis, aut abstinendi ab actu conjugali. n. 27. & 29.

69. Ob nullum crimen aliud a fornicatione carnali vel spirituali licet conjugibus divertere, si conjugis ille implicitus non petrahat alterum ad peccandum; tamen si uxor iis peccatis implicita sit licet viri, causa corrigendi illam, ad tempus recedere a confortio conjugali ut respiciat: idem dicendum de uxore respectu viri. l. 10. d. 17. n. 4. & 5.

70. Integrum est conjugi divertere, quando ab altero conjugis ad peccandum inducitur, timetque animae ruinam; quia iure naturali, & divino cuique permiffum est periculum corporis, nedum animae cavere. n. 5.

71. Iustam causam praebet uxori divertendi, si vir sit ejus leno: item si vir domi admittat viros, procaeces, & parum pudicos, & sollicitetur ab illis: item quando conjugis habitare renuit nisi sub conditione peccati prandi: non necessaria est ad hoc divortium sententia iudicis, quia conjugis ratione huius periculi, & si non possit aliter incolumis evadere, tenetur recedere, a n. 6. ad 12.

72. Divortium concelsum conjugi eo quod allicatur ab altero conjugis ad peccatum, non est perpetuum, sed ad tempus, quo inducitur illa ad peccandum du-

Z rat.

9. Coniux ignorans nullitatem matrimonii recipiens a scienti titulo dotis aut donationis, aut conjugumque contractus inter vivos, aut ultima voluntatis, in neutro foro tenetur etiam dissoluto matrimonio restituere. l. 6. d. 2. num. 5.

10. Quoties parentibus fas est filios exheredare ob causas iure permissas, immanes sunt parentes ab obligatione dotandi filias, quia alimenta, & dos in iure equi parantur. l. 4. d. 26. n. 1.

11. Pater tenetur constituere dotem filiabus, quas matrimonio collocat: imo si filia matrimonio collocata est ex patris consensu absque dote mentione, tenetur etiam pater dotare, quamvis quidam contradicant, quia dos non constituitur filie tantum ut viri inveniat, & alimenta habeat, sed etiam ad sustinenda matrimonii onera, & ne a viro speratur. n. 2. 3. 4.

12. Quoties filia diviti, non tenetur pater alimenta præstare, tenetur tamen dotem constituere. n. 5.

13. Non solum autem filia nubenti tenetur pater dotem constituere, sed etiam ipsi monasterium ingredientis: idem dicendum si filius velit ad sacros ordines ascendere; quia favorabilior est ingressus religionis dote ad matrimonium temporale. n. 7.

14. Bona restitutioni subiecta distrahi possunt pro dote descendente a testatore volentis ingredi monasterium, sicut pro dote ad matrimonium temporale. Ibidem.

15. Multi docent teneri patrem filie nubenti assignare dotem parum legitime, & in dote taxanda metam esse legitimam, sed verus est, metam non esse legitimam, & assignandam est ad taxandam dotem considerandam esse dignitatem filie, & mariti, quantitatem facultatum patris, & numerum liberorum. n. 8.

16. Secundum aliquorum sententiam pater tenetur dotare filiam maiorem 25. annis ipso invito nubentem, si filia promisit dotem secus non; sed multo probabilius est etiam patrem teneri dotare, quamvis filia minime dotem promiserit, indignoque nupierit. n. 10. & 11.

17. Si minor 25. annis nupit sine consensu patris digno, & promisit dotem, tenetur pater dotare. n. 16.

18. Si minor absque patris consensu, & dotis promissione nupit digno, tenetur pater dotare, quia rem ad quam tenebatur pater utiliter gessit, licet in modo nubendi deliquerit: si tamen filia sit dives postquam dotem promissam, aut non promissam solvere, tunc licet dignissimo nubat, non tenetur pater dotare. n. 17. & 18.

19. Quando vir, vel femina indigentium matrimonium iocire, si ita divites essent vel alimenta haberent, non tenetur pater dotare: si autem alimentis carerent, tenetur pater dotare in parva quantitate convenienti ad alimenta vitæ necessaria. n. 19.

20. Pater tenetur alimenta præstare filio absque eius consensu ducenti uxorem, si aliunde non habeat: imo etiam uxori eius, & quia omnia liberorum onera tenetur pater præbere. n. 20. & 21.

21. Is conjux dicitur indignus, cui alter matrimonio copulari abique dedecore iuxta civitatis mores nequit; item indignus iudicatur ex bonis animi, ut si malis moribus imbutus sit, & ex bonis fortune, ut si pauperior nobiliter sit, nisi aliunde hic excessus in divitiis compensetur: item indignus dicitur is, cum quo matrimonium consistere nequit ob aliquod impedimentum, nisi in eo sit dispensatum, §. d. 25. ad 27.

22. Si viduus contrahat dotem remane, credens eam esse virginis, non tenetur ea si virgo non sit, restituere. l. 6. d. 27. n. 5.

23. Si mulier ob servitium viri ab eius consortio aufugiat, & post fugam adulteretur, potest a viro de illo adulterio accusari ad dote amissionem: tamen quando viri servitia, aut expulso eo tenderet ad uxorem fornicaretur, non posset vir accusare. l. 10. d. 5. n. 10.

24. A pena divortii, & dotis amittendæ non excusatur mulier, etiam metu cadente in feminam constantem cognita sit: tamen oppositum satis probabile est. num. 15. & 16.

25. Attento iure regni Castellæ viro accusante civitem, vel criminatè uxoris adulterium, acquirit dotem, & hoc verum non tantum quando adulterii tempore dos erat tradita viro, sed etiam quando promissa solum: idem dicendum in ipsa de presentia que ante matrimonii consummationem adulterium admisit, privatur enim dote eaque viro acquiritur, l. 10. d. 8. n. 4. 5. & 6.

26. Quando matrimonium in facie Ecclesiæ contractum reperitur nullum ob aliquod impedimentum, frohente sententia, doteque applicata viro, uxor nullitatem matrimonii opponat, attento iure communi minime adulteretur, sed si ante sententiam: attento tamen iure regni Castellæ dote privabitur uxor illa. n. 7.

27. Si promittens dotem stipulatus sit eam sibi solum matrimonio reddendam, tamen eam lucrabitur maritus uxore adulterante. n. 8.

28. Dotem uxoris minime lucrabitur vir, autoritate propria ipsam etiam in adulterio receptam intermens. nam. 9.

29. Denotatur iudicis sententia etiam si adulterium sit notorium, & vir lucratur dotem, & parapherna adulteræ, vel uxor donationem propter nuptias viri ad-

ulteri; ut autem iuste retinere possit ratione exceptionis quam habet, minime sententia desideratur. n. 12.

30. Si ante vel post sententiam divortii conjuges reconciliantur, nullo inter ipsos pacto inito, recuperat adulter omnia bona ob adulterium perditæ, quia restitio sumpsit natura tam in delictis quam in concubitus est favorabilis; & extenditur: si tamen vir remittendo uxori adulterium retinet sibi dotem, & cetera eius bona sibi per sententiam applicata, talis conventio valet. num. 21. & 22.

31. Quando maritus excommunicatus in contumacia minime perseverat, absque dubio nequit uxor repetere dotem cum separari non possit: quando autem contumax est, quamvis res non sit ita certa, at verius existimat Author adhuc minime concedi dote repetitionem. l. 9. d. 14. num. 25.

32. Dum causa principalis veritatis de dote, quamvis quidam affirmant posse iudicem Ecclesiasticum de ea cognoscere, dicentes esse missi fori; communis tamen & verior sententia est ut sit iudicis secularis. l. 10. d. 8. n. 15.

33. Uxor non tenetur ex bonis dotabilibus solvere debita a viro contracta ad ipsam & familiarum solvenda, nec possunt conveniri filii ut mutuum a patre inope acceptum pro ipsorum alimentis solvant; contraria tamen sententia est satis probabilis. l. 9. d. 1. n. 28. & 29.

34. Affirmant quidam ob dotem promissam, nondum tamen solutam, licere viro uxorem non traducere, traducamque domo expellere; probabilius tamen sententia ait uxorem minime expelli posse ob dotem non solutam.

Dubium.

1. Differunt scientia, fides, opinio, suspicio, dubium, & scrupulus; quia scientia dicit cognitionem certam, fides moraliter: fides est assensus certus obiectus rationis, habitus ex autoritate alicujus illam rem affirmantis. Opinio est assensus unius partis non firmus, & certus sed cum alterius formidine. Suspicio est quando intellectus in alteram partem magis inclinatur, non tamen illi assentitur. Dubium est quando intellectus pendet in æquilibrio, in neutram partem potius inclinans. Scrupulus autem est apparentis aliqua contra id quod aliquis credit, vel oporitur, vel dubitatur, vel assensum ex levisus conjicitur. l. 2. d. 1. n. 2.

2. Ad iudicandum non tam attendendum est, an ad sit dubium, vel opinio, vel firmus assensus, quam ad causas unde oritur. n. 3.

3. Scientia, fides, opinio, & dubium possunt esse vel speculativa, vel practica: scientia speculativa est que in communi dicitur certo, & evidenter aliquid esse faciendum, vel esse peccatum; dubium speculativum est quando in communi dubitatur, & dicitur dubium rei secundum se. Scientia autem practica est, que in singulari & pæpensis omnibus circumstantiis rei dicitur aliquid hic & nunc esse licitum, vel illicitum. Opinio quando quis oporitur, vel dubitatur quando dubitat an hic & nunc sit licitum. n. 4.

4. Ex scientia, vel opinione, vel dubitatione speculativa, quam quis habet, tenetur simile iudicium practicum formare, nisi aliqua ratio specialis cogat variare iudicium practicum: quod licite fieri potest, quia cum res morales ob circumstantias variantur, potest aliqua occurrere que licitum efficiat, quod in communi & ex se illicitum est. num. 5.

5. Ut voluntas honeste operetur, oportet intellectum non esse practice dubium, sed iudicasse determinate hic & nunc licite hanc operationem: quare qui dubitans practice aliquid operatur peccat, & operari contra dubium, reducit ad eam peccati speciem de qua dubitatur. num. 6. & 7.

6. Quando est scientia, opinio seu dubitatio speculativa, licet non est aliquando contrarium operari, quia ad est opposita cognitio practica, propter aliquam specialem circumstantiam: ut si dubitans speculative, an hæc res sit sua, potest practice non dubitare licite sibi retinere, eo quod possidet. n. 8.

7. Incipiens bona fide possidere, si dubium superveniat an res sit aliena, tenetur diligentiam adhibere ut veritatem assequatur, eaque præmissa nec veritate detecta, potest ratione possessionis retinere, & practice non dubitare, non obstanti dubio speculativo an res sit sua: quidam tamen negant possessionem reddere tutam dubitantem. n. 10. & 12.

8. Si possessor dubitans omittere facere quod in se est ut veritatem assequatur, omnimode causa fit ne veritas possit in posterum deprehendi; aut saltem non tam bene tenetur restituere prudenter alteri, de quo ne tenetur restituere detegi plus vel minus, iuxta qualitatem spei, que erat veritatem assequendi: & si, postquam culpa omisit debitam diligentiam apparere rem esse alienam, tenetur ex tunc restituere: quia ex tunc ob diligentiam omissionem fuit possessor male fidei. num. 13.

9. Existenti pari dubio juris utriusque partis, ita ut

judex sit omnino pendulus, tenetur sententiam ferre pro possessore, num. 14.

10. Si res de qua est dubium, in nullius possessione invenitur, restituenda est inter eos de quibus dubitatur cujusnam sit: si autem dubium æquale non sit, inter eos dividenda est res iuxta dubii proportionem: si vero res individua sit, ut servus, forte est alteri applicanda, vel uni res, alteri vero æstimatio; & hoc utriusque consensu definiendum est. n. 15.

11. Si dubium nascatur ex actione injusta, ut si quis dubitet an suum consilium, vel aliqua actio concurrerit ad damnum, quidam huic ab obligatione, ratione prævi consilii eximunt: sed oppositum est verius: quia cum in dubio nemo præsumatur delictum admittens, in hoc dubio non est possessio pro consulente, sed pro actione illa injusta quod effectum assecuta fuerit. n. 17.

12. Quoties depoliturus, vel commodatarius dubius est æqualiter an sua culpa vel positum, vel commodatum perierit, immunit est prorsus a restitutione, quia cum delictum non præsumatur, ipse est in sua innocentie possessione. n. 18.

13. Si possidens bona fide, præmissa debita diligentia dubius maneat; magis tamen propendat in eam partem quod res sit aliena, tenetur partem restituere, pro ratione majoris illius propensionis. n. 19.

14. Quamvis bona fide possidens ante examinationem factam, & dubitans an res sua sit, possit rem detinere, tenetur tamen ab usu, & ejus alienatione abstinere: si autem examine præmissio dominus certus non compareat, sed adhuc incertus possidens dubius, potest uti re illa ipsamque alienare, admonto emptore hujus dubii, paratque vero Domino comparenti pretii restituere. n. 21. & 22.

15. Quando possidens rem accepit dubia fide, titulo emptionis, vel quovis alio, nimirum, dubitans an furviva fit, tenetur restituere. Contra Medicinam. Non tamen tenetur hic integre restituere, sed plus, vel minus, pro dubii qualitate, quo rem illam assecutus est. Intellege, nisi possidens injulte abstulerit rem a possessore bonæ fidei dubitans an sit sua; tenetur enim tunc integre restituere illi. n. 24. 25. & 26.

16. Quando dubia fide accipit aliquis iuste ab eo qui bona possidebat, non peccat, nec tenetur restituere, si apposta diligentia debita non inveniatur rem esse alienam, sed idem dubium perseverat. n. 28.

17. Si dubitans an res sit furviva, emat, vel dono accipiat animo querendi verum dominum ut ei restituatur non peccat, cum utiliter agat ejus negotium; tenetur tamen domino comparenti restituere, deducto pretio quo emit; si vero dominus non compareat, tenetur in pios usus convertere, si rem esse alienam sciatur, deducto tamen pretio; cum id possit a vero domino petere. n. 29.

18. Quamvis in dubio melior sit conditio possidentis, at quando sunt diverse opiniones circa aliquam rem, non tenetur Doctor de illa re consultus, aut judex favere possidenti, quia ipse non est dubius, sed probabiliter opinatur. num. 30.

19. Quidam noterici negant in materia aliarum virtutum extra iustitiam in dubio esse meliorem conditionem possidentis, atque ita ratione possessionis illicitum esse practice deponere dubium speculativum, contra iludque operari, quia possessio est solius iustitiae titulus: ceterum verius est in quacunque materia, potiore esse in dubio possidentis conditionem; quia possessio est titulus universalis omnibus virtutibus, eo modo quo aliqua pars potentialis iustitiae transcendit omnes virtutes. num. 31. & 32.

20. Qui certus est se vovisse, dubitat autem de vovendi modo, ut an voverit castitatem, vel se non fornicaturum, aut non daturum uxorem, vel an voverit religionem in communi, vel tantum determinatam, vel si voverit castitatem & religionem, an voverit castitatem dependenter a religione, quidam censent hunc teneri eligere quod tutius est, sed verius est favendum esse libertati, ut tenetur in prædictis eventibus vovens ad id quod minus est. n. 33.

21. Si quis non dubitet sed opinetur se vovisse, ita ut magna fit determinatio iudici ad hoc, tenetur voto: si vero fuerit mediocri, dividenda est res promissa. n. 34.

22. Certus de votum vovet ex parte suæ libertatis, dubitans tamen an votum obliget, ratione debite materie aut finis, vel alicujus circumstantie tunc occurrentis, tenetur voto; quia voluntas non possidet cum certus sit sua se libertate privasse vovendo, sed votum possidet. n. 35.

23. Quoties dubium est an impositum sit præceptum naturale, divinum, vel humanum, de aliqua re, non obligatur dubitans: quia donec consistat de præcepto, possidet voluntatis libertas. n. 36.

24. Quando constat de lege, vel præcepto, dubium autem est an in aliquo casu ratione necessitatis, aut alterius circumstantie currentis excipitur aliquis ab obligatione, tenetur lege, vel præcepto, quia lex tunc possidet unde in dubio non est locus epichejæ, sed sunt ferenda verba legis ut sonant: intellige de dubio æquivalenti. num. 37.

25. Quando dubitatur, an præceptum sit derogatum alio præcepto, vel consuetudine, vel sit in eo dispensatum, non licet contra præceptum facere: quia lex possidet. Ibidem.

26. Qui facta diligentia sufficienti, dubius adhuc est an expleverit 21. annum, non tenetur ad jejunium, quia possessio est pro libertate, & dubium de præcepto: at si dubitat an habeat legitimum ætatem ad ordines, vel beneficium, vel ad aliquam actum requisitam, tunc possessio est pro præcepto donec consistat de ætate. n. trigel. octavo.

27. Dum aliquis dubius est, an expleverit annos pubertatis, vel 25. annum, vel impubes voverit votum personale, vel reale ante 25. annum: hujusmodi votum potest pater irritare, quia pater habet possessionem juris ne filius impubes independentem a sua voluntate emittat votum personale, & ne minor. 25. annis emitat votum reale. num. 39.

28. Dubitans an audita fuerit hora noctis duodecima, edens, vel bibens, non potest die sequenti ad Eucharistiam accedere, quia possessio est ex parte præcepti communicandi servato jejunio naturali; poterit tamen hic dubitans edere carnes, licet dies sequens sit jejunii, quia possessio est ex parte libertatis: & dubium est de præcepto: si tamen rationes probabiles efficiant assensum opinativum, quod duodecima non sonaverit, potest communicare die sequenti. n. 40.

29. Si hodie esset dies jejunii, & dubium sit, an sonaverit hora duodecima noctis, non licet cenare, quia possessio est pro præcepto: quod si diversa sit horologia, & aliorum sonit horæ 12. aliorum vero non, potest qui tunc solvit jejunium naturale communicare die sequenti, & sine illa die, sine sola sequens sit jejunii, poterit dubitans cenare, & edere carnes, quia est veluti si essent duæ opiniones probabiles. Ibidem.

30. Si esset tantum unum horologium, & ubi cepit sonare 12. aliquis bibere, licet quando sonat ultimus pulsus duodecimæ deflisset bibere, non posset die sequenti communicare, quia cum primus pulsus horæ sonat, jam est hora completa. Ibidem.

31. Coniux dubitans de valore matrimonii, ante diligentiam adhibitam ad assequendum veritatem, tenetur debitum reddere, non tamen potest petere: ea tamen sufficienter adhibita, potest reddere & petere: quidam autem probabiliter satis docent dubitatem de matrimonio valore bona fide contracti, non posse petere: teneri autem reddere, intellige, si matrimonium licit consummatum; nam priori bimestri dubitans, non tenetur reddere, a n. 43. ad 48.

32. Si alter coniux adulterium admittat, & est notum conjugi dubitanti de valore matrimonii nec reo ejusdem criminis tunc coniux dubitans, nec potest petere debitum, nec reddere, & hoc etiam verum iuxta sententiam calu præcedenti relatum, ante præmissa sufficientes examen, eo autem præmissa, poterit petere, & reddere. num. 49.

33. Quando matrimonii valor dubius est, & ad illud dissolvendum lis agitur; lis quidem nec concedit, nec aufert jus, sed perinde censendum est ac si ea mota non esset, ad iudicandum utrum in dubio licitum sit reddere, & petere debitum. n. 50.

34. Quando duplex lata est sententia, altera pro matrimonio, altera contra neutraque in rem iudicatam transit, potest dubitans reddere, quia in hoc dubio non est alter possessio spoliandus. Ibidem.

35. Cum uterque coniux dubitat de valore matrimonii bona fide contracti, illiciteque petit: nec tenetur, nec potest alter reddere, quando novit petentem esse dubium de valore matrimonii, & nondum adhibitam esse diligentiam ad illud vincendum. n. 55.

36. Si alter coniux tantum dubius sit de matrimonii valore, peratque a non dubitante ante præmissum debitum examen; potest coniux non dubitans conficius dubii alterius negare debitum, quia dubitans non habet jus ad petendum: potest etiam reddere. n. 56.

37. Dubitans num iracundia, aut perturbatio privata voventem, aut contrahentem sponsalia deliberatione requisita; iudicandum est pro voto, quia semper præsumitur deliberatio. l. 1. d. 8. n. 10.

38. Si adhibita diligentia sufficienti adhuc manet quis dubius utrum matrimonium promiserit, vel votum emiserit, minime tenetur: quia in hoc dubio voluntas possidet suam libertatem, ergo pro libertate iudicandum est. l. 1. d. 9. num. 11.

39. Quando aliquis est certus de promissione matrimonii, aut voto, dubitat autem de animo le obligandi; dicendum est in hoc dubio teneri, quia verba exteriora prolata sunt naturaliter signa intentionis, & nullus præsumitur dicere quod in corde non habet. n. 13.

40. Coniux qui mala fide matrimonium contraxit, dubius de morte prioris conjugis, aut alio impedimento dirimenti, nullo pacto debitum petere potest, tenetur tamen reddere alteri bona fide possidenti. l. 2. d. 42. n. 2.

41. Si mala fide contrahens petat debitum non tenetur alter reddere, dubitanti; quamvis quidam affirmant teneri. num. 3.